mundi. Stantes cum eo designant innocentes quorum passionem hodie celebrat ecclesia. non solum autem illos sed et omnes hoies innocenter et sine peccatis viuentes. Sm illud beati Greg. Ille deū veraciter honorat. qui interiorem suū hominem qui ad ymaginem dei factus est a peregrinis passionibus custodit. et in exterioribus actionibus deum hominem fideliter imitatur. Hic merito sequitur agnum et stat cum agno. quia dicit deuotus Bernardus. Dignus plane est gloriari qui deum in vita sua studet imitando honorare. In illius anime ergo egressa a corpore potest dicere vidi ꝛc.

Vidi et ecce agnus stabat super montem syon. Et cum eo. 140. milia habentes nomen eius. et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Apoc. 14. Quatuor principalit sunt hic notanda. Primum est quid per agnū illū qui stabat sup montem syon intelligat. Secundū est quid etiam p montem syon exprimatur. Tercium est quid per. 140. milia figurat. Quartū quid sit nomen agni et patris eius quid in frontibus eorum scriptū esse videtur. ¶ De pmo nota q per agnū illū quem iohānes vidit stare supra montem syon ipse dei filius intelligit. Iste est em agnus quem abel pmus obtulit in ecclesie figura sicut dicit. Gen. 4. Per abel em qui vgo fuit scta ecclesia figurat que. sicut aplus dicit ad. Eph. 5. Maculam non habuit impuritatis neq rugam vetustatis vtpote sanguine filii dei ab omni sorde scelerum emundata et apeccati vetustate mirabiliter innouata. Hunc ergo agnū quotidie offert eccl'ia virgo sancta. Vnde cantamus agnus dei ꝛc Hic est agnus ille paschalis quem assum olim filii israhel comedē iubebant cuius etiam sanguinem existētes in limine suplimmare. et vterq postis domus liniebant. Ecce expressa crucis figura. Vn dicit. Exod. 12. Erit agnus absq macula. nō comedetis ex eo crudum quid. nec coctū aq sed assum tm igni. est em phase. i. transitus dñi. Fasciculum quoq ysopi tingite qui est in limine et aspergite ex eo suplimmare. et vtrūq postem. Cum autē vidit dñs sanguinem in superliminari. et vtroq poste transcendet hostium et non sinet pcussorem ingredi domum vrām et ledere. Agnus sine macula. hoc est ihesus xpus. qui feruentissimo passionis igne assus ē in feru crucis. Ne autem ex feru crucis laberetur duris clauis est feru crucis affixus. Hunc filii israhel. i. boni christiani qui ad deum transire ipsumq videre desiderant pio desiderio comedere debent. Debent etiam fasciculū ysopi. i. hūilem recordationem in sanguine filii dei intingere. et ex eo liminare id est quamlibet curam de terrenis et suplimmare. i. qmcunq cogitationem de supernis ꝛ vtrūq postem. i. corpus et animam quotidie cōsignare ne percussor id est

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0047
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG